IOHANNIS ALTHVSII,
V. I. D.

POLITICA METHODICE DIGESTA ATQVE EXEMPLIS SACRIS ET PROFANIS illuſtrata;

EDITIO TERTIA PRIORE AVCTIOR,

& cum Indice ampliſſimo:

Cui in fine adiuncta eſt

ORATIO PANEGYRICA, DE NECESSITATE ET ANTIQVITATE ſcholarum.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
SALAMANCA

ARNHEMII

Ex officina Iohannis Ianſſonii

M. D. CXVII. 3.

AD

ILLVSTRES FRI-
ſiæ inter Flevum & Lavicam
ORDINES,
Dominos ſuos plurimùm colendos.

CVM intelligerem illuſtres Ordines, priorem meam ſciagraphiam politicam multis probari, & exemplaribus prioribus diſtractis, aliam editionem parari, operæ pretium me facturum eſſe exiſtimaui, ſi eandem recognoſcerem, & ad incudem reuocarem. Quod cùm à me ſucciſiuis horis, quantum inter occupationes Reip. licuit, factum eſſet, animaduerti, ſecundas meas meditationes opus politicum nouum, à priori ſciagrophiâ formâ methodo, & rerum multitudine diuerſum peperiſſe.

Quo in opere, ad ſuas ſedes omnibus merè theologicis, juridicis, & philoſophicis re-

IOHANNIS ALTHVSII V.I.D.

Politica methodice digeſta, atque exemplis ſacris & profanis illuſtrata.

Caput Primum.

De generalibus Politicæ.

POlitica eſt ars homines ad vitam ſocialem conſtituendam, colendam & conſervandam conſociandi. Vnde συμβιωτικὴ vocatur.

Propoſita igitur politicæ eſt conſociatio, quâ pacto expreſſo, vel tacito, ſymbiotici inter ſe invicem ad communicationem mutuam eorum, quæ ad vitæ ſocialis uſum & conſortium ſunt utilia & neceſſaria, ſe obligant.

Hominis politici ſymbiotici finis eſt ſancta, juſta, commoda & felix ſymbioſis, & vita nulla re neceſſaria vel utili indigens. Ad hanc verò vitam vivendam, nemo hominum per ſe eſt αὐτάρκης, vel ſufficiens & ſatis à natura inſtructus. Nam quando ille naſcitur, omni auxilio deſtitutus, nudus & inermis, quaſi ex naufragio rebus omnibus amiſsis, in hujus vitæ ærumnas ejicitur, qui neque materna ubera appetere, neque injuriam temporis ferre, neq; movere ſe loco, ubi effuſus eſt, pedibus poſsit, nihil aliud, quàm vitam miſerrimam à fletu & lacrymis auſpicari valens, ad omen certiſsimum urgentis & inſtantis infelicitatis, conſilij & auxilij omnis, quibus tamen quam maximè tum eget, inops; ſibi ſubvenire nequit, niſi alio interveniente & juvante. Et ſi vero maximè eſt corpore enutritus, non tamen animi lumen exerere poteſt, neque in adulta ætate etiam externa illa, quibus in vita commodè & ſanctè degenda opus habet, in ſe & apud ſe invenire, cum ſuis viribus omnia vitæ ſubſidia parare nequeat. His enim ſupplendis & procurandis multorum vires & induſtria ſudant. Quamdiu itaque privatim ſibi vivit, atq; ſocietatis homi-

INDEX.

ADfines qui & quotuplices. 25.26.
Adfinitatis jura. 32.
Adquirendi & amittendi cauſæ. 139. & ſeq.
Adminiſtratio magiſtratus. 263. & ſeqq.
Adminiſtrationis hujus regula. 264.
Adminiſtrationis difficultas. 264.
Adminiſtrationis requiſita. 269.
Adulatores principum. 319. 324. & ſeqq.
Adminiſtratio magiſtratus eſt alligata Decalogo & legibus. 353. & ſeqq.
Adſtricta gubernatio utilis. 359. & ſeqq.
Adminiſtrationem magiſt. quæ vitiant. 375. & ſeqq.
Adminiſtratio eccleſiaſtica quæ. 402. & ſeqq.
Adminiſtratio eccleſ. in quibus. 407. & ſeqq.
Adminiſtratio civilis quæ. 431. & ſeqq.
Adminiſtratio juris communis regni. 193. & ſeqq.
Adminiſtrationis hujus ſcopus. ibidem & 200. & ſeqq.
Adminiſtratio rerum publicarum. 617. & ſeqq.
Adminiſtratio rerum privatarum. 5. 13. & ſeqq. & 643. & ſeqq.
Adquiritur regno per magiſtratum. 189. & 649.
Ærarium. 158. & 375.
Ædes Reipubl. 275.
Ærarum duplex ad bellum. 379. & ſeq.
Agriculturæ laudes & neceſſitas. 13.
Amici regis. 324.
Amneſtia magiſtratum decet. 337.
Alienatio rerum & bonorum Imperij an conceſſa principi. 342. & ſeqq.
Amneſtia. 461. 475.
Alienatio bonorum regni quando conceſſa. 631.
Alienatio & privatio rerum privatarum. 647. & ſeq.
Annona Reip. 276.
Anni initium apud Iudæos. 299. & ſeqq.
Annonæ flagellatio. 487.
Annonæ cura. 488.
Annona in bello. 369.
Appellatio ad Remp. 270. 175.
Artificia varia eorumq; utilitas & neceſſitas in ſocietate humana. 14. 15. 16. 17. 497.
Arma Reipubl. 378.